Fragmentarium

4v

EXIMIA IN ARTE [illegible] UNIUSCUIUSQUE LIBRI MUL
ta possint requiri. Ex omnibus hec periochę uidelicet
circumstantię quę breuiter pro bonitate libri constat
consideranda sunt. uidelicet quis scripsit. quid
scripsit. quantum scripsit. qualiter scripsit.
quare scripsit. ubi uel quando scripsit. et ad
quem scripsit. Si requiritur quis scripsit. Prisci
anus scripsit. Cui nomen diriuatum est non a Pris
co sed a Prisciano sic ipse dicit. Fuit autem ciuis
Cesariensis. Romanus genere. sic ipse in epistola
manifestat. Sed exemplares Cesareis legimus
de qua harum fuerit a plerisque dubitatur.
Nam Cesarea est Palestina. Cesarea Augusta.
Cesarea Capadocia. Sed quidam adfirmant Cesa
riam istam de qua Priscianus oriundus fuit colo
niam Africe esse sub dicione tamen Romanorum impero
ratorum eius temporis sic tota Africa. Si requi
ramus quid scripsit. grammaticam scripsit.
Grammatica autem diriuatur a gramma. Gram
mata uero a gramme sic Marcianus docet. Et dicitur
grece. gramme linea dicitur. Inde gramma lit
tera quoque lineis formatur. Exinde uero gram
matica est. ars litteralis. Inde grammatici
litterati. Quia ergo grammaticę erat Priscianus. gram
maticam scripsit. Si requiramus quantum scrip
sit. dicitur et octo libros scripsit. Qualiter.
grammatice. bene. Causa autem quare scrip
serit. hanc agnoscitur fuisse. sic ipse in epistola
manifestat. Quia Latini a Grecis qui precesserant
gentibus sapientia florebant liberales acce

4

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.29, 4v – Priscianus, Institutiones grammaticae; Vita Prisciani; Seneca, Epistulae ad Lucilium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xy8o/5303/50382)